

## PRAEFATIO.

les prius ab iis apprehendendae, quae se studio iurisprudentiae deuouent. Speravi itaque, me haud improbe facturum, si hanc iusti philosophiam ad eum ipsum ordinem componerem, primum quid de personarum iuribus natura doceat exponendo, dein, quae ius rerum vel ipsas res concernant, vel circa eas obligationes comprobent docendo, et tandem exhibendo media persequendi ius, quod nobis debetur, non tantum inter homines in libertate naturali existentes, sed etiam inter ipsas gentes liberas. Neque nisi plane a malevolis propterea monendus ero, cum cuiusuis, qui docet, arbitrio relinquendum erit, quo ordine, quaque methodo credat se suo Auditori commodissime disciplinam traditurum. Tandem scribendi genus elegi, non quod ad mathematicas rationes expositum, sed leue et iuuenum animis conueniens, qui primum ad philosophandi studium veniunt, et qui haud raro in scholis praeter aliqua logi-

\*\*

ces